Conscripti et confecti, manibus sui Recognoscentium et præ:
fati Gnosi Famoijski propria ab utrinq. subscripti et Actis
Castrens. Capitanealibus Cracoviensibus, sive alijs quibusvis
Authenticis Regni cum interpositione Vadij summæ Duo-
1926 rum Millium Florenorum Polonicorum ad tenendum voluntas
Inscriptione Roboratoria Castrens. Cracoviens. sive alia
quavis Authentica Regni Iuris in tenore de præmissis late-
entibus obsistitam sibi ab invicem pro præmissis omnibusq. ple-
nariam et sufficientem satisfactionem quietant emit-
tunt dimittunt, liberosq. et absolutos perpetue pronun-
tiant. Inscriptionem ipsam eiusq. Inscriptionem Roboratoriam
quamvis authenticam Regni in toto et per omnia Cassant
mortificant et annihilant, sibi Recognoscentibus suisq.
posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo
silentium.

Dobrzanski Szulkowicz Jaworskiemu Siwaczek Donat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Ca:
strensibus Præmisliensibus Generosus Michael Dobrzanski
Szulkowicz Generosi olim Andreæ Dobrzanski Szulko dicti
filius sanus mente et corpore existens a Terris Bishichibus
Sienbus, Iurisdictioni buiq. suis quibusvis proprijs et Com:
1232 petentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitane:
ali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc at:
tinet seipsum successionibus ac bonis suis generaliter o:
mnibus totaliter et plenarie incorporando atq. subij:
ciendo palam libere publice ac per expressum recogno:
vit. Quia ipse bona sua propria et hæreditaria in:
frascripta, Videlicet totam et integram sortem Iwanowska
dictam cum Caza deserta et horto inter metas ab una
Laboriosi Iwani Dzymicz ex altera vero parte Nobilis Theo:
dorij Jaworski dicti Mlocos od granicy do granicy z po:
miarkami do teyze częsci Iwanowskiey nalezącemi in bonis
Villa Jawora Szodulka Terra et districtu præfato Præ:
mysliens.

mißlienni iacentia et consistentia cum omni præmissorum
Iure Dominio proprietate, et Hæreditate titulo hæreditario cumque omnibus
et singulis bonorum eorundem Utilitatibus, fructibus pro-
ventibus, redditibus, emolumentis commodis et obventi- 1927
onibus quibuscunque, tum agris, pratis campis, pascuis aquis
ipsisque attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis
nihil ex præmissis Iuris Dominij proprietatis, hæreditatis, aut
cuiuscunque competentiæ et prærogativæ pro se Recognoscente
suisque Successoribus, aut cuipiam alio reservando seu exci-
piendo sed omnibus in genere et singulis in specie com-
prehensis prout per speciem, et in contra in nullo dero-
gando, Verum ita late longe, circumferentialiterque prout
ipsorum bonorum hæreditas se in suis metis et limitibus
ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem bona
idemmet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat ipsa
concernebant, ac eidem legitime serviebant, Iam ex nunc
et de facto Generoso Andreæ Swaczek eiusque posteris
dedit, donavit inscripsit et resignavit, prout dat, donat
ac titulo puræ, meræ, perpetuæ ac irrevocabilis donatio-
nis inscribit et resignat perpetuo et in ævum, irrevoca-
biliterque. Inquit quidem bona suprascripta præmissaque
omnia præsentibus donata, et resignata idem Reco-
gnoscens Generosus Michael Dobrzanski Kulthowicz
prænominato Generoso Andreæ awrski Swaczek do-
natario suo eiusque posteris, iam ex nunc et de facto Coram
officio præsenti, dat et admittit realem Intromissio-
nem et actualem pacificamque possessionem per Ministe-
rialem quemcunque competentem et Nobiles duos die qualicunque
Voluerit officiose accipiendam, Per ipsum Donatarium suum
eiusque posteros, hæc eadem bona præsentibus donata cum omni
Iure Dominio proprietate competentiaque et prærogativa
quamvis tenendi habendi, et possidendi, illisque pacifice et
quiete Utifruendi, ac ad suos suorumque successorum quosvis
bene placitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi

perpetuo et successivis temporibus. Debebit et tenebitur memo-
ratus Recognoscens Generosus Michael Rozanski Sulko-
wicz prout se ac suos successores, vel super bonis suis
generaliter omnibus, summisq' quibusvis pecuniis habitis
et habendis suprascripto Generoso Andreae Jarocki Sulka-
1920 czek Donatario suo inscribit et obligat praesentibus ipsum
et eius successores in dictis bonis praesentibus donatis, et resi-
gnatis, et ratione eorundem omnium ab omni et quavis im-
petitione Juridica, quarumcunq' personarum Cuiuscunq' con-
ditionis status et sexus Cuiusvis existentium, ex occasione
suprascriptarum modo quovis exorienda per omnes Prae-
scriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam
Terrestris spectat et pertinet praescriptis, in omni Judicio
et officio Regni, semper et tot quoties opus fuerit tueri,
defendere evincere intercedere et liberare, indemnemq'
eum posterius reddere, nec non bona praefata praesentibus
resignata ab omnibus in genere Juribus et inscriptio-
nibus, oneribus et pertinentiis super eisdem bonis prae-
sentibus per se Recognoscentem donatis, cuiuscunq' per-
sonarum modo quovis factis et faciendis, tum etiam
a quibusvis litationibus super eadem bona praemissaq'
omnia praesentibus resignata importatis et importan-
dis, Juris denique et perlitiis processibusq' Juris quibusvis
in quocunq' puncto et gradu suis dependentibus et in
quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis
ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis
modo quovis perductis et perducendis, emundare et
liberare, mundaq' et libera semper facere ac etiam
Intromissionem praefatam Coram officio praesenti admis-
sam, in fundo bonorum praefatorum praesentibus resigna-
torum, dum per Ministerialem et Nobiles duos offici-
o requiretur non denegare imo debebit et tenebitur
eundem libere dare et effectualiter admittere, dataq' et
admissa eadem possessionem et Usum fructum Commissionem
omnium

omnium et singulorum quovis modo, tam per se quam
per suas quasuis submissas et subordinatas personas
non praepedire nec adimere, ipsumque Donatarium suum ac
ipsius Successores in dictis bonis praeservatis resignatis tam
in toto quam in quavis minima parte non iniuriari, Ita ut
eadem bona nec non omnia, cum universis eorundem 1929
Utilitatibus et Usufructibus, is idem Donatarius suus cum
suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Remu-
tatorio Vigore, tenere habere et possidere queat, ratumque in
futuro possit perpetuo et in aevum, irrevocabiliterque. Idque sub
Damnis Terrestribus, simpliciter absque corporali Iuramento
taxandis, et edicendis, per eundem Recognoscentem
Generoso Recognitori Donatario suo, sive eius
posteris, absque completionem praemissorum omnium
et singulorum, tam in toto quam in parte supra scriptos
onus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quibus qui-
dem damnis Terrestribus simpliciter taxatis, modo praemisso
ad solvendum succumbetur, ac pro re aliqua principali ex
praemissis non completa complenda, titanus existens
memoratus Recognoscens Generosus Michael Chorzan-
ski Szulkowicz, sive eius posteri, ad Instantiam prae-
fati Generosi Andreae Jaworski Swiczek Donatarii, sive
ne illius Successorum, ad Officium praesens Castrense Ca-
pitaneale Premisliense, ex hinc recessa supra scripto
quo ad respondendum spectat mediante, semper in
primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare
suique parere respondere, Damna praedicta Terrestria sim-
pliciter taxata huius Inscriptionis huic satisfacere, ac
iudicatum fieri debebit et tenebitur, seque ac suos Successo-
res ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus
illum Terminum primum peremptorium, et alteros
exinde consequentes, causa eiusdem Termini semper
peremptorios, Vera infirmitate per maiori, quinquennita-
te, Successorum Legatione infra Valentia Regnum Secu-

1930 -tis militari, sed munimenta ad Quietorum, vel aliis qui:
buscunque dilationibus et legalibus impedimentis non diffe:
rendo, ad quietationem praeterea utro proximis offi:
cij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos
dilationem hoc verti recipiendo, nullasque motiones et appel:
lationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa
omnia, poenis simplicibus vel duplicatis, Citationibus suspen:
sionibus fatalibus Juris, praescriptione Terrestri, bello con:
uentione, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis
non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Hac
sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia
et singula mediante.

Feria Quinta ante Festum Transfiguratiionis Christi Dni proxima Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Septuage:simo Secundo.

4/VIII

Brzescianska Kleczynskie:mu Cedit et Statuet

1238 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa So:
phia de Sobidno olim Generosi Caroli Brzescianski Consors
relicta Vidua Sana mente et corpore existens a Terris Di:
strictibus Juribus, Juris dictionibusque Suis quibusuis proprijs et
Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitanea:
li Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem at:
tinet Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo palam
libere publice ac personaliter recognouit. Quia ipsa suo
et Generosum Andreae, Sigismundi Constantini Francisci
Joannis et Stanislai Brzescianskich filiorum suorum cum
olim